



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Præbendis. Consilium CCLI

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

sum, Gloss. in V. Litigantibus in c. 1. *Ut lite pend. lib. 6.* Cassaderus decis. 4. *Ut lite pendente* quia nullum petitum iudicium aduersus dictum M. Petrum institutum aut inchoatum fuit; neque respectu possessionis, propter litem super illa institutam, per sententiam finitam, *Lud. Roma. cons. 499. nu. 5.* Ita ut in tam plena possessione constitutus idem M. Petrus potuerit, ut retinere, ita quoque dimittere & in alium transferre hoc suum beneficium.

6. Neque dicto D. Ioanni Werchyn patrocinari potest, quod tempus ad appellandum præscriptum tam ex statuto vel consuetudine, quam ex iure communi non à momento lata sententia sed ex die notitiæ incipiat currere, *l. ab eo & ibi Gloss. & Doct. C. Quomodo & quando iudex &c. & quod à die notitiæ intra triduum appellaverit.* Nam cum proponatur dictum D. Ioannem Werchyn habuisse procuratorem, tempore lata sententiæ præsentem, ratio aut consideratio scientiæ seu notitiæ vel ignorantie non habetur; sed currit tempus appellandi statim à momento pronuntiatæ sententiæ, nec auditur si postea appellare velit. satis enim est, quod procuratorem reliquerit, & is causæ adfuerit, cui imputare debet quod non tempellivè appellaverit, ut expresso iure cautum est, *l. 1. in fine D. Quando appellandum sit Doct. in d. l. Ab eo, And. Tyrannellus de retractu §. 35. Gloss. 4. nu. 1.* Quo casu si procurator solvendo non est, per restitutionem in integrum, non ipso iure, domino succurri potest, *Alexand. cons. 95. Visis processibus nu. 7. vol. 2.*

Neque rursus eidem D. Ioanni Werchyn professe potest ad iterum superinducendum vitium litigiosi, saltem quoad possessionem, quod obtinuerit restitutionem in integrum ad prosecutionem hanc appellationem. Nam præsupposita huiusmodi restitutionis iustitiæ, nihilominus in periculo vitij litigiosi fuisset hoc beneficium eo tempore, quo M. Petrus illud M. Carolo resignavit, quia certum est eo tempore litem nullam & tempora appellationis lapsa fuisse & sic M. Petro liberam potestatem resignandi, *arg. d. c. 2. Ut lite pendente lib. 6.* Neque vero ex eo, quod M. Carolus postea restitutus fuerit ad appellandum omnia, quæ per partem adversam medio tempore acta fuerunt, pro nullis sunt habenda aut rescindenda; nam quæ ante restitutionem integri iure permittente facta sunt, suo loco manent nec rescinduntur: satisque est si indemnitati illius qui restituitur succurratur, *l. Si ex causa indicati D. de minoribus. Ut in proposito satis succurritur M. Carolo, quod per decretum restitutionis ad prosecutionem appellationis & illius cognitionem iterum admittatur, etiam si simul id quod M. Petrus medio tempore licite fecit non rescindatur: quia ex restitutione non debet quis lucrum consequi, sed sufficit, quod damnum reparet seu evitet, l. 1. C. De reputat. quæ fiunt. &c.* Proinde resignatio per M. Petrum post rem iudicatam ante petitam restitutionem facta, effectum suum fortiter perinde ac si nulla his fuisset; & ad defensionem in hoc possessionis iudicio admittendus erit M. Carolus in locum M. Petri legitime successus, *arg. e. fin. Ut lite pendente lib. 6.* cui nihil efficit contractus matrimonij, qui factus fuit eo tempore

Conf. Wamcl. Tom. I.

quo M. Petrus per resignationem desiderat esse dominus seu possessor huius beneficii; potissimum si eiusdem M. Petri nulla redargui poterit fraus, dolus, aut collusio.

De Præbendis.

SUMMARIUM.

Possessorium ex indulto Nominationis facultatis Artium in Univeritate Lovanensi & resignatione ex causa permutationis.

1. Appellari posse à sententia recedere & à seu fiduciaria possessione.
2. Recredentia sola decerni non debet, ubi constat de pleno possessorio.
3. Iura defectu adversario restitui obiges in beneficiis.
4. 6. 8. Renunciatio beneficii inducitur & possessionis amissionem.
5. Proiectio an standum potius quam formali instrumeto, dum contraria continentur.
7. Permutantes beneficia quomodo ad dimissa beneficia revertantur, si permutatio effectum non habeat.
9. Litigiosi vitium in beneficiis an faciat ibi super possessione illorum.
10. Beneficia colligantium, si alter eorum moriatur, an per tertium occupari possint.
11. Intrusus est qui post suam renuntiationem sine novo titulo possessionem abdicati beneficii occupat.

CONSILIUM CCLI

Bono iure est appellatum pro parte Domini Bartholomæi Petri, à sententia fiduciariæ possessionis seu Recredentia per D. Gubernatorem Insulensem lata, per quam prælato iure, quod in possessionis iudicio Helias des Planques originalis Actor, ad Canonatum & præbendam Collegiatæ Ecclesiæ sancti Petri Insulensis & illorum possessionem prætendit, idem Helias potius quam dicto Bartholomæo Opponentem dictam recredentiam adjudicavit. Idque duplici ex causa, tum quod Opponens in eo sit gravatus, quod cum causa sic instructa fuerit, ut etiam secundum Opponentem super pleno possessorio iudicari debuerit, super sola recredentia ius dictum sit: tum quod in calculo ferenda sententiæ super recredentia ius ipsius Domini Bartholomæi Opponentis longe clarius atque etiam potentius sit.

Nam quod ad prioris gravaminis articulum attinet, hoc manifestum est, quod et si super recredentia seu fiduciaria possessione lata sententia, non obstante appellatione, executioni mandati possit, quia tantum est momentaneæ possessionis, *l. 1. C. Si de moment. poss. appel. fuer.* appellatio tamen ad effectum devolutionis causæ ad superiorem & ad facultatem sententiæ illius, si iustitia appellationis hoc postulat, retractandæ, iure & ex consuetudine ac praxi forensi permittitur, *Rebuff. ad consil. reg. tit. de sent. execut. in præfat. num. 28. & art. 1. glos. 14. & in tract. de mater. poss. art. 13. gl. 1. nu. 25.* Appellandi autem à sententia recredentiæ iusta

SI

causa

causa non in eo tantum consistit, si ei, cuius iura apparentiora non sunt, adjudicata sit recedentia, quæ ex juris & æquitatis ratione ei potius, cuius iura apparentiora, liquidiora, ac clariora sunt, adjudicari debet, *Rebuff. in d. tract. de sent. execut. gl. 7. nu. 2.* † verum etiam ex eo, quod, cum causa sic instructa esset, ut non super recedentia tantum, sed etiam super pleno possessorio secundum intentionem appellantis iudicari deberet, & potuerit, super sola recedentia ius dictum est. Non enim facienda sunt duo capita possessorij, quando in uno utriusque decilio fieri potest: ne quod per pauciora fieri & expediri potest, in plura & varia diffundatur capita, *l. dominus in fine & ibi Bart. de consuet. in deb.* Ita quod appellatione etiam à tota recedentia uni adjudicata, interposita, non tantum recedentia, sed pleni etiam possessorij cognitio devolvatur ad superiorem; & superior unico iudicio tam super recedentia, quam super possessorio cognoscere & iudicare possit, *Rebuff. ad consuet. reg. tit. de caus. poss. benef. art. 1. gloss. 1. parte 3.* Proinde cum causa hæc possessoria sic instructa fuerit in prima instantia, quod in illa potuerit ferri sententia manutentionis in pleno possessorio; recte appellatum dici debet pro parte Opponentis, vel ob hoc solum, quod plena pro eo non sit lata sententia manutentionis: sic quod Dominus Gubernator de ulteriore seu pleniori iudicio possessorio cognoscere amplius non possit; totaque hæc causa possessoria devoluta sit ad provinciale hoc Concilium Gandense; cuius officium ob id erit nunc & recedentia & pleni possessorij iudicium unica sententia terminare.

Quod autem longè apparentius, clarius, & liquidius sit ius præfati Domini Bartholomæi Opponentis ex sequentibus probatur. Et primò quidem ex penitus deficiente titulo ac iure dicti 3 Actoris. † Est enim aliàs in alijs causis quisque ex suo iure, quod sibi adest, non ex defectu juris sui adversarij agere & causam suam metiri debeat, *l. 1. §. 1. si pars hered. pet. l. Visfrus si usus fr. petat. l. Loci corpus §. competit. si servit vindic. in causis tamen beneficialibus etiam possessorijs utique licet præsertim Reo seu Opponentis ius suum stabilire ex defectu juris partis adversæ; cum huiusmodi sive exceptio sive obiectio, sit exclusiva partis agentis, DD. in c. Mandatum De rescript. Gemm. conf. 91. Præmissis quod possessorij, Lud. Rom. conf. 347. Quoad articulum: quia cum iudiciū possessorij iustificari debeat ex iustis causis acquirendi beneficii, *Rota decis. 7.* Nota quod ubi agitur de restit. spoliar. in antiq. decus in l. ult. c. de edicto D. Hadriani tollen. consequens est defectum tituli & causæ in adversario prodesse ad obtinendam sententiam possessorij adjudicatoriam.*

Porro Dominum Heliam nihil juris, nullum 4 titulum habere, nec tempore impetrati interdicti habuisse in hoc contentioso Canonatu, inde patet, quod etiam aliquando iusto titulo illum obtinuerit & possederit; ab illo tamen exciderit per propriam renuntiationem seu resignationem; quæ id efficit, ut iure & possessione illius ceciderit, nec ad illum regressum aliquem retinuerit; renuntiantibus enim iuri suo non datur regressus,

† *Queritur §. si venditor D. De adil. editio, cap. Eos VII. q. 1.* ita ut nec prætextu spoliij audiri debeat, cui obijci potest spontanea vel abjuratio vel renuntiatione beneficii, c. *Accepta de restit. spoliar.* Sic quod in hac causa, sive illa sit interdicti retinenda, sive restituenda vel redintegrandæ possessionis, Actor potenterissimè obicit dicta renuntiatione seu resignatione, quam ex illius mandato & speciali procuratorio fecit Dominus Matthæus Lobet. Ex qua resignatione eundem Canonatum obtinuit, & totis decem annis ante hanc litem institutam pacifice possedit Dominus Guilielmus de Prez in hac possessoria causa primus dicti D. Heliaz adversarius; ut proinde neque juris neque possessionis prætextus ullus in Actore constitui possit. De mandato per Actorem dicto D. Matthæo dato, nulla est dubitatio: cum de illo constet per publicum & clarum notariale instrumentum, Sed in eo movetur contentio, quod Actor asserat D. Matthæum non fecisse hanc renuntiationem seu resignationem, sed Dominum Ioannem Baillet, de cuius mandato non constat; cuius renuntiatione seu resignatio ob id Actori nocere non debeat, cum nemini per alterum sine ipsius facto ius suum auferri debeat, *l. id quod nostrum de reg. iur. ** Causam contentiosis subministrat, quod in registro Capituli invenitur scriptum, quod D. Ioannes Baillet fecerit hanc resignationem. Ceterum cum de hac resignatione extet publicum & formale instrumentum sigillo Capituli sigillarum, in quo continetur, resignationem esse factam per D. Matthæum, illi potius quam dicto registro standum est, Est enim aliàs registro, archetypo, protocollo, seu imbreviatura Notarij multum auctoritatis tribuatur, §. *sed et si instrumenta in Authent. de instrum. caut. & fid. Car. Zabarel. conf. 77. Redemptoris nostri nu. 7. Felin. in c. Cum p. tabellio de fide instrum. super vacua tamen est disputatio de registro, cum ad manum est exemplar, seu authenticum & formale de actu, de quo quaeritur, instrumentum in publicam formam redactum, & omnibus suis numeris absolutum, l. 2. c. De fide instrum. l. ult. d. Quemad testam. aper. Verum quidem est, in discordia seu repugnantia formalis instrumenti cum protocollo, cæteris paribus magis stare protocollo, quod illud contineat rei originem & fontem, *Felin. in d. c. Cum p. tabellio*; sed cum aliunde de veritate instrumenti formalis constare potest, præfertur potius in protocollo seu registro error, & præfertur fides instrumenti formaliter absoluti.*

Iam verò in proposito plura concurrunt, quæ non tantum verosimilitudinem, sed ipsam veritatem factæ non per D. Ioannem Baillet, sed per D. Matthæum Lobet resignationis omnino adstruunt. Et imprimis quidem antecedens Actoris mandatum, quod D. Matthæo, non Ioanni Baillet datum est: actus enim sequens præsumitur factus ad executionem præcedentis dispositionis, l. 3. *verum quæri poterit D. De manumiss. l. Qui in aliena §. si is qui putabat D. De acquir. hered.* Nec præsumendum est, quod D. Ioannes Baillet voluerit facere resignationem sine mandato, & multo minùs quod Domini de Capitulo Insulensi non prolatò instrumento procuratorij voluissent

issent resignationem admittere. Secundo, non nudum notariale instrumentum hic profertur de facta & admitta hac resignatione, sed præterea etiam sigillo dicti Capituli signatum: ita ut, si quæ posset esse dubitandi causa in subscriptione Notarii, propter discordans registrum, illa omnino discedatur per appositionem sigilli dicti Capituli, asserentis hanc resignationem esse factam per D. Matthæum Lobet: sic quod instrumentum formale, quod Notarii subscriptionem habet, & præterea sigillum Capituli, omnimodo in veritatis assertionem præferri debeat protocollo seu registro originali: cum literæ sigillatæ Episcoporum & Capitulorum plenissimam fidem faciant, c. 2. de fide instrum. gl. & Doct. in cap. Post cessionem de probat. Tertio, quod non tantum facta & admitta resignationis ac huius Canonici sic resignati præfati D. Guilielmi ciliati instrumentum contineat hanc resignationem esse factam per Dominum Matthæum: sed idem quoque contineat sequens instrumentum notariale de acquisita & apprehensa possessione huius Canonici. Quorum duorum instrumentorum conformis geminatio omnem dubitationem diluit: & ut in alijs plerisque, l. Ballista D. Ad S. c. Trebellian. hoc efficit, ut non præsumatur error in his instrumentis esse admissum, Lud. roman. in l. Si vero §. de viro D. Solutio matrim. Quarto evidentissime veritatem sic factæ per D. Matthæum resignationis, ultra dicta duo instrumenta, probat D. Helias propria confessio, quam fecit in libello supplicis, quem diu ante hanc litem portexit Capitulo Insulensi adversus D. Matthæum suum avunculum ad cegendum eum, ut possessionem & fructus beneficii, quos ex resignatione D. Guilielmi des Prez ex causa permutationis cum hoc Canonico acceperat, evacuet & restitueret: in quo supplice libello inter alia aperte narrat se dicto D. Matthæo dedisse mandatum ad resignandum, & D. Matthæum ex hoc mandato resignasse ad opus præfati D. Guilielmi des Prez. Quæ narratio pro confessione est, & vim confessionis habet, l. Cum pecuniæ de liber. causa. Quinto, præsumptionem huius veritatis adauget, tam longa dicti D. Guilielmi ex hac resignatione obtenta & retenta possessio. Sexto, convincitur dictorum instrumentorum veritas & detegitur dicti registri error ex propria Notarii confessione per illius literas facta, quibus se in registro describendo errasse confessus est. Qui sane Notarii error non debet compertæ veritati præiudicium facere, nec Domino Guilielmo seu Opponentis huius causæ in eius locum succedenti nocere, l. Error C. De testam. l. Si libarius de regul. Relinquitur ergo ex registro dicti Capituli non posse expugnari hæc duplicata duo instrumenta facta per D. Matthæum resignationis.

Quæ etiam causa est, cur Actor non confidens huic allegationi ex dicto registro, prædictum instrumentum dati mandati seu procuratorii ad resignandum, velut insimulatione falsi oppugnare tentaverit, asserendo se tempore dati huiusmodi mandati alibi extra patriam in Galliis fuisse. Sed adversus publicum notariale in-

strumentum præsumitur improba hæc allegatio l. Optimum C. de contrahen. stipulat. nisi evidentissimis probationibus probata fuerit, & magis (ut inquit Iustinianus) per alia instrumenta quàm testimonia. Instrumenta autem hæc de re nulla prolata sunt; & quid contineatur in testimonijs Actoris, quia publicata non sunt, nec publicari ex consuetudine solent, quamvis certò dicere non possumus, nihil tamen contineri præsumimus: ob hoc, quod Actor ipse in supramentionato supplice libello contra D. Matthæum exhibito, aperte & rotundo ore confessus sit, se eidem D. Matthæo dedisse mandatum seu procuratorium ad resignandum; ita quod contra tam apertam confessionem ei credendum non sit, l. Generaliter in fine c. De non. num. pecun. & sic verosimile fiat aliud probatum non esse.

Stat ergo mandatum seu procuratorium Actoris ad resignandum, stat quoque & effectum sortita est renuntiatio seu resignatio vigore illius facta: unde confurgit amissio non tantum Canonici, sed etiam possessionis illius. Cum enim possessio in beneficijs non fiet per se sine adminiculo tituli saltem colorati, Rota decis. 7. alias est 2. de resist. spoliat. in antiq. phil. Franc. in c. fin. De resist. spoliat. lib. 6. Rebuff. ad const. reg. tit. de caus. benef. poss. art. 1. gloss. 1. nu. 4. Lud. Gomf. ad regulam de public. resign. q. 3. nu. 3. sit, ut per spontaneam abdicationem, renuntiationem, seu resignationem tituli in ipso quoque momento subintret abdicatio & amissio possessionis, Doct. in d. c. Accepta De resist. spol. decis. Tholos. 492. Cuius deinde renuntiationis & abdicationis effectum nihil impedit, si forte dictus Helias non pervenerit ad possessionem compermutatæ Cappellanie S. Petri de Halewyne: nam si id verum est, præfati D. Guilielmi imputari non potest, qui quod in se fuit fecit, hoc est illud ad manus dicti Capituli ad opus Actoris resignavit, & resignati possessionem dimisit, virtute cuius D. Matthæus etiam nomine procuratorio ad possessionem illius pervenit & fructus percepit, uti constat ex supradicto supplice libello adversus D. Matthæum exhibito. Cum aliqui præsupposito etiam, quod D. Helias ad illius possessionem non pervenisset nihil id ei prodesse posset ad hanc possessionem causam.

Quamvis enim in compermutatione beneficiorum, facta permutatione, qui suum dimisit posset ad illud reverti, si ad compermutati beneficii possessionem sine sua culpa non potest pervenire, c. quicq. De rer. permut. lib. 6. id tamen non potest facere propria autoritate: nec semel sic abdicatus titulus, & cum titulo abdicata possessio ad abdicantem seu renuntiantem ipso iure revertitur, sed opus est novæ collatione aut saltem auctoritate superioris vel declaratoriæ sententiæ iudicis, ut communiore & frequentiore opinione, adversus paucos quosdam, Ioan. Andrea in d. c. unico. Fred. de Senis in tract. de permutat. q. 8. & quos refert Buer. decis. 97. ac Rebuff. in praxi benef. lib. 3. sub regul. de republic. resign. gl. 18. nu. 30. receptum est, Gloss. in c. Cuius universorum in fine De rer. permut. Rot. decis. 23. alias est 1. & 63. alias est 3. de rer. permutat. in novu. Panor. in c. Cui venerabilis n. 23. de excepti. Marian. Socin cons. 168. Imprimis determinando v. 2.

Et qui ab his latissime referuntur. Ita ut nihil curandum sit, quod Petrus Rebuffus, d. nu. 30. & in de permitt. nu. 12. de consuetudine & stylo Regni Francie & rebus in eo iudicatis idferit: nam dum consuetudinem preterit, non obscure agnoscit, iuris communis resolutionem in contrarium esse; idque non obtinere, nisi ubi talis consuetudo viget, ut vigere Insulis nec allegatum nec probatum est. * Cujus communis juris ratio consistit in vacatione, quæ vera, plena & perfecta inducitur per resignationem, tam quoad titulum, quam possessionem, Ioan. Stapul. in tract. de litera gratia tu. de modo & forma impetran. §. quinto pro complemento nu. 4. Quod latius demonstrare vel persequi non est necessarium; cum in hoc non consistat ipse Actor. Ex quo consequitur, quod cum idem Actor sic excedit possessionem beneficii sui, non possit in hac causa intentare aliquod interdictum, sive retinendæ, sive recuperandæ possessionis: cum nulla sit turbatio, nulla spoliatio, aut dejectio illius, qui non possidet; præsertim post tam longum temporis intervallum decem annorum, quibus Dominus Guilielmus hunc Canoniatum quiete & pacifice possedit: quo tam longo tempore etiam possessio, sine alio actu, velut ex tacita possessionis abdicatione, amitti solet, l. Clam possidere §. fin. De acquir. possess. Cum alioqui etiam ex regulis Cancellariæ Apostolicæ, qui triennio tantum possedit pacifice, molestari non debeat, Reg. de trienn. poss. Ad quod si diligenter animadvertum fuisset, proculdubio partes Rei hujus causæ iudicari debebant longè potiores, quam præfati Impetrantis, tam in recedentia quam pleno possessorio.

Sic demonstrato defectu juris tam proprietatis, quam possessionis in Actore (quod solum sufficere posset ad removendum Actorem) paucis inquiramus in ius Opponentis; pro quo constituendo primum in ius D. Guilielmi des Prez inquirendum est; post deinde in titulum, quem D. Bartholomæus præterit: neque enim stare potest ius D. Bartholomæi, si ius D. Guilielmi, ex cuius morte Canoniatum vacantem obtinuisse se prætendit, non subsistit. In asserendo jure D. Guilielmi laborandum non est: si enim valida est resignatio per D. Matthæum facta; & ex illa præfati D. Guilielmo facta collatio & possessionis acquisitio; (ut undequaque hæc valida esse jam deduximus) dubitandum non est, quin ex illius morte verè quoque vacaverit idem Canoniatum; & tamquam vacans vel conferri, vel ab habente gratiam Apostolicam acceptari potuerit.

Restat ergo ut de jure D. Bartholomæi queratur, quod est Nominationis ex indulto Apostolico Facultati Artium in Universitate Lovaniensi concessio. Cui Actor duo in effectum objicit: primum, quod D. Bartholomæus in bonis ult. ita octoginta ducatos annuos habeat; sed illi insistendum non est, cum id nullo modo probetur.

Alterum, quod hoc beneficium tempore acceptionis litigiosum fuerit, ideoque per Opponentem acceptari non potuerit; saltem non sine surrogatione specialis, & quod in surrogatio-

ne semper præferri debeat colligans, ex regula Cancellariæ Apostolicæ, de surrogandis collig.

Cæterum hæc obiectio facile removetur. Et imprimis quidem ex eo, quod hic Canoniatum numquam fuerit inter Actorem & Dominum Guilielmum litigiosus, sed dumtaxat illius possessio: idque adhuc non coram iudice Ecclesiastico, qui de jure & proprietate beneficii Ecclesiastici solus iudicare habet, c. Decernimus de ind. sed coram iudice seculari. Ut autem beneficium litigiosum efficiatur, & vitio litigiosi afficiatur, & sic subiciatur dictæ regulæ, de surrogandis colligantibus, hoc omnino requiritur, ut his sit super titulo & proprietate beneficii; non super sola possessione: ut multis rationibus id comprobat Lud. Gomezius, Regularum Cancellariæ Apostolicæ diligens interpretes, in d. reg. de triennali possess. quæst. 53. quem in eo sequuntur quotquot in praxi Ecclesiastica versati sunt, Cassador. decis. 4. Ut lite pend. Nata consil. 2. Guido vass. singul. 810. Gloss. in c. 1. in verb. litigiosa De confirm. utili vel inutili, Paul. Paris. consil. 94. Beneficium litigiosum vol. 4. Quibus solus Petrus Rebuffus repugnare videtur, existimans etiam in usu hujus regulæ beneficium litigiosum censeri illud, de cuius possessione tantum est litis. Cæterum unius hominis opinio ius non convellit, nec subvertit plurimorum aliorum contrā sententiam sententias. Cum alioqui verbis, quibus Rebuffus utitur, bene perpenis, non tam hoc definire videatur, an sit beneficium litigiosum efficiatur, quam an litis super possessione mota mentionem facere debeat, qui ex morte unius colligantium illud impetrat: non etiam ad illud effectum, ut impetratio fieri possit propter vitium litigiosi. Quem juris articulum quia exactissime excussit & resolvit Advocatus causæ, latius non prosequimur: pro indubitato habentes, quod beneficium non efficiatur litigiosum per litem super sola illius possessione motam, ad effectum impediendæ impetrationis vel acceptionis ex dicta regula de surrogandis colligantibus.

Cujus quidem regulæ usus tanto minus hic adduci potest, quod non constat Actorem obtinuisse aliquam surrogationem virtute dictæ regulæ: quia non constat, nec quidem pro parte Actoris allegatum est, quod se curaverit in ius D. Guilielmi des Prez surrogari; ideoque illius beneficio gaudere non debeat. Præterea dicta regula loquitur de impetratione per tertium faciendā intra mensem à morte colligantis, & minime de impetratione antecedente ex gratia sive præventiva sive expectativa; qualis est nominatio dicti Opponentis. Ita ut, cum verba regulæ non conveniant huic acceptioni, quam hujus causæ Opponens fecit, & illius dispositio possit vel debeat illi accommodari. Unde est quod scribit Petrus Rebuffus, in tract. Nomination. quæst. 15. nu. 44. in usu observari, quod colligantium beneficia per nominatos acceptari possint, ex morte alterius colligantis. Deinde præfata regula de colligantibus surrogandis continet expressam exceptionem & limitationem his verbis: *Dommoda colligans super se in beneficio intrusus non sit.* Quo casu impetrari potest ex morte & jure

jure colligantis, etiam intra mensem, nulla facta mentione litis pendens super beneficio in petitorio. ⁷ Iam verò indubitatum est, cum, cui beneficio, cui semel per resignationem etiam ex causa permutationis renuntiavit, quoquo modo ingerit, aut possessionem illius sua auctoritate vel ingreditur, vel retinet, vel continuat, pro istius haberi, *6. Cum dilecti. De purgat. canon. Paul. Paris. cons. 143. Quod terminus in 18. vel. 4. nisi novam collationem aut iudicis declarationem obtriverit; cum, ut ante dictum est, per resignationem resignans amittat ius, titulum, & possessionem tam naturalem quam civilem in resignato beneficio, Rota decis. 399. alias est 7. nota quod beneficia de rer. permut. in antiq. & decis. 67. alias 2. nota quod resignans de renunt. in novis.*

In concursu itaque tam multarum prænantium circumstantiarum, & præsertim quod impetrans nullam possessionem in hoc Canonatu post dictam resignationem habuerit, nec de spolio antecedentis possessionis (quæ per spontaneam resignationem amissa & resoluta fuit) conquiri possit, & indubitata fuerit possessio D. Guilielmi, illamque Opponents ex suo iusto titulo continuaverit, & ad hanc rem admissus sit; existimamus Amplissimorum Dominorum officium esse, ut retractatâ sententiâ recedentem plenam possessionem Opponent, cum condemnatione Actoris in expensis, adjudicent.

De Præbendis.

SUMMARIUM.

Possessorium ex indulto nominationis Universitatis Lovaniensis & ordinaria collatione.

1. Nominationes ex causa studij favorabiles & extendenda.
2. Beneficia qualificata non possunt haberi nisi à qualificatis.
3. §. 10. Clausula decreti irritantis potestas.
4. 6. Titulum non præbet acceptatio beneficii notorie nulla.
7. Spoliato obijci potest defectus tituli notorius.
8. Clausula, nisi de verbo ad verbum, quæ sit vis.
9. Clausularum revocatoriarum coarctatio & potestas.
11. Nominationes an extendantur ad beneficia iuri patrimonialis.
12. Indigno scienter conferens privatur eâ vice iure conferendi.

CONSILIUM CCLII.

PERPLEXA satis est, causa, possessoria, quæ in Concilio Flandriæ pendet, inter M. Laurentium Pontanum Impetrantem & M. Remigium Drutium Opponentem super Canonatu & præbenda Collegiata Ecclesiæ Beate Mariæ Brugensis, quæ novissimè per mortem M. Ioannis Perret vacavit. Difficultatem faciunt duæ Bullæ Sixti Papæ quarti, ex quarum compositione & coniunctione exoritur debitatio, utrâ earum præponderet; eod quod utraque clausulis admodum prægnanti-

bus, & potissimum derogatorijs instructa sit. Nam Impetrans nititur Bulla Sixtina, quæ Universitati Lovaniensi concessum est ad quorumvis Collatorum in patrimonio Principis Belgij collationem, unum ex promotis in Universitate Lovaniensi nominare: Opponents verò se fundat ex ejusdem Sixti indulto, quo per suppressionem cujusdam Cappellaniæ erecto hoc Canonatu concessit Præposito dictæ Ecclesiæ illius collationem cum privilegio, ne per quamcumque gratiam Apostolicam expectativam impediri possit ejus collatio.

Nam, quamvis Nominationes hujusmodi studiorum causa concessæ latissimè pateant; quia non jure privilegij, sed gratiæ censentur, ac propter favorem studiorum extendenda magis quam restringenda sunt, *6. Si super gratia de off. delegat. lib. 6. Ias. in l. falso C. de divers. reser. & pragmat. sancta.* Iam latè tamen patere non videntur, ut comprehendant etiam beneficia alijs reservata, aut quæ alijs qualitatibus ex fundatione, consuetudine, aut statuto sunt affecta; debent enim hæc illis, quibus reservata sunt, aut qui illam qualitatem habent, *6. Cum in Ecclesiâ de præben. lib. 6.* puta si sacerdotalis ex fundatione, aut ordinatione sit Canonatus, non poterit per nominatum sic minimè qualificatum acceptari, *cap. Cui de non sacerdotali de præben. lib. 6.* Quod in proposito potissimum obtinere videtur; tum quod indultum dicti Præpositi quinque mensibus Bullâ nominationis sit posterius, *1. Divus §. licet de iure codicill. l. Pacta novissima C. de pact. ** tum propter clausulam derogatoriam, quæ nominatum etiam derogare videtur Nominationibus Universitatum & studiorum; tum denique propter clausulam decreti irritantis, quæ alterius gratiæ vim & potestatem resolvit, aut saltem quoad hunc Canonatum suspendit. Decreti enim irritantis ea potestas est, ut quicquid sit in contrarium, sit nullum, efficiatque etiam ignorantes, *Rota decis. 16. alias est 3. si contra de test. spoliat in novis, Marian. Socinus cons. 67. Eadem die nu. 9. vol. 3. ad o. ut ne coloratum quidem titulum pro sustinenda possessione in contrarium acquiri patiat: quia acceptatio beneficii notorie nulla, possidendi nullum colorem tribuit, Lud. Rom. consil. 483. dubitatur primo nu. 14.*

Cæterum re pressius perpensa, potiore jure niti nobis videtur gratia Nominationis, quæ generaliter & indistinctè omnium Collatorum manus constringit, donec nominato fuerit provisum; sic ut adversus Pontificiam hujusmodi affectionem & ligationem intra tempus in indulto nominationis præscriptum ab Ordinario facta collatio, cum illi parere debeat, sit nulla, *6. si beneficia, cap. si postquam de præben. lib. 6. Cardin. Zabarell. cons. 104.* Post redditum: præsertim propter vim decreti irritantis, quod itidem eidem indulto insertum est. Illius enim potestas, ut diximus eod pertingit, ut nullo juris adminiculo fulciatur Ordinarii collatio tempore præscripto in contrarium facta, *Rota decis. 257. alias est 7. si quis de probat. in novis; t. sic quod titulus ex ordinaria collatione, etiam si acceptatione nominati anterior sit, prior sit incoloratus*